



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1562 usque ad annum 1563

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 9011860X

§. 117. Legatorum anxietas ob hanc oppositionem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66641)

Sæcul. XVI.
A.C. 1562.

sis Archiepiscopus, a se gravissimæ sibi contumeliæ verti, quod nonnulli a quibusdam idcirco notarentur exiguæ fidei ac reverentiæ erga Apostolicam Sedem, cum in hoc tamen ipse hac in re nemini cederet, & ad firmissimum fidelitatis suæ argumentum peteret, ut poneretur in Canone, Episcopos ex jure divino subjectos esse Romano Pontifici, eosque obstrictos esse, ut eidem obtemperarent. Ceterum Petrus Guererus Præful erat scientia eminens, plenusque Zelo reformandæ Ecclesiæ, cujus quoque emendationem sincere exoptabat, ac propterea arcto foedere junctus erat cum ceteris omnibus Episcopis, qui eadem fovebant desideria. (*)

§. CXVII.

Legatorum anxietas ob hanc oppositionem.

Cum ergo Legati ambos hosce Præfules vehementius excandescere cernerent, contentionem declinandam censebant, quapropter Mantuanus Cardinalis cum summa animi moderatone, morumque comitate eisdem respondit,

Pallav. c. 16
num. 3.

(*) Quam intempestivum sit hujus Præfulis encomium, Lectori hucusque gesta pervolventi, ac Continuatoris animum penitus inspicienti ad oculum patebit.

Sæcul. XVI.
A. C. 1562.

spondit, se, suosque focios haud prætermisuros, quin muneri suo satisfacerent, quemadmodum hætenus præstitissent, & res a se antea gestæ testarentur. Leni quoque ratione eos hortabatur, ut tranquillitati studerent, communique Synodi Sententiæ sese submitterent, cum utrumque pro Ecclesiæ commodo a quovis probo Præsule procurandum esset. His dictis eos dimisit: sed ea utriusque Hispani Præsulis denuntiatio gravem sollicitudinem legatis injecit: considerabant enim, quod tametsi totius nationis nomine id expositum non fuisset, atque aliunde sciretur, quibusdam aliam inesse mentem, nihilominus complures tamen in hac Sententia convenissent, & quidem ex præcipuis, adeoque verendum esset, ne advenientes Galli in unum cum Hispanis coalescerent, ac decisionem universo Episcoporum Ordini faventem peterent, eademque occasione plures Italiæ Præsules eidem opinioni accederent, si a conventibus Hispani se abstinere, pro eo ac minitati fuissent. Prospiciebant etiam facile Legati, quod ejusmodi agendi ratio plures Principum Oratores, ac potissimum Cæsareos eo inducere possit, ut idem peterent, sicuti fama jam spargebat id futurum, quam primum Comes Lunensis, Philippi II. Regis

Regis Orator ad Concilium accessurus **Sæcul. XVI.**
 esset, cum hic apud Cæsarem, Re- **A. C. 1562.**
 gemque Bohemiæ diutius commoratus,
 & cum illis Principibus animi sensibus,
 & amore arte cōiunctus, proinde Hi-
 spanæ factiōni abs dubio suffragaturus
 foret, præcipue cum hi non modo nu-
 meri prærogativa celebres, sed etiam
 ejusdem cum Cæsareis sententiæ essent,
 hi vero tam validæ Nationis auxilio
 confisi audacius tumultuarentur. Hanc
 ob rem timendum credebant, ne com-
 munitis ejusmodi secessio fieret, ob quam
 Synodus parum honorifice dissolveretur,
 relicta dubitatione, cuinam id vitio tri-
 buendum.

§. CXVIII.

*Quorundam Itatorum Præfulum po-
 stulata ad Legatos.*

Cum Legati anxii hisce curis agita- *Pallav. l. 18.*
 rentur, altera die matutino tem- *c. 16. n. 4.*
 pore ad eos accessere quadraginta cir-
 citer Itatici Præfules, quorum duces
 erant tres Patriarchæ, & aliquot Ar-
 chiepiscopi. Petiere hi Præfules, ut in
 Septimo Canone jam proposito nulla fie-
 ret mutatio, quantumvis id ab Hispa-
 nis vehementius urgeri inaudiissent:
 eapropter exponebant, æquum non
 esse, ut minor numerus majori præva-
 leret, præsertim in articulo spectante
 ad